

17
(10)
Zweiter Brief

7

Modum viamque
Gloriæ famæque acqvirendæ
commonstrabit
VIRI NOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI ATQVE EXPE-
RIENTISSIMI DOMINI,

**DN. JOHANN. ERNESTI
MORGENSTERNII,**

Potentissimi Serenissimique Regis & Electoris
Saxonix, &c. &c. &c.

CONSILIARII & ARCHIATRI SENIORIS
longeqve meritissimi

**FILIUS ORNATISSIMUS
HEINRICUS AUGUSTUS MOR-
GENSTERN,**

Ad quem

d. 9 Augusti 1707.

Sacris matutinis finitis,
audiendum

DN. DN. Scholæ hujus Mæcenates atqve
Patroni, aliiqve Musarum Fautores officiosissime ca-
que, qva par est, humanitate invitantur

M. GODOFREDO STEINBRECHERO,
Rectore,



TORGÆ,
Typis JOHANN. ZACHAR. HEMPL.

Faint bleed-through text from the reverse side of the page.





Sic est!

Digitis monstrari & dicier:

HIC EST!

Pulehrum, qvin! pulcherrimum.

Qveis qvæso?

In promptu est responsio:

Vero virtutum splendore coruscantibus:

Vera verè se gloriæ fama delectantibus.

At vana vanitatum ostentatione

Vana gloriæ fictæ simulatione

Laudem famamqve acquisivisse putantibus

Tetrum est, quid quod! teterrimum

Digitis monstrari & dicier:

HIC EST!

Sic est!

Vera namq; gloria radices agit;

Ficta contra decidunt tanquam flosculi.

Adeste igitur

Qvotqvot spuria viâ gloriâ studetis consequi.

En! adfunt.

En! choream ex his ducere videtur

Magnus, quam magnus! divini Numinis contemtor,

Dei Majestatem qui sibi arrogans exclamat:

Qvis est Deus, quem audiam?

O quanta hæc gloria! populus acclamat omnis:

Non hominis vox: vox Dei est!

En! alter grallatorio passu adventans Aventinus.

Quid hic? Deo fulmina extorsurus tonitrua imitatur.

O quanta quamqve constans fama hæc est!

Est, est, æqueqve (qvæqve tanta!) tanta

Tamqve diu his duratura est

Vel undarum mole merfis

Vel Dei ab Angelo percussis

Vel terræ hiatu absorptis:

Quanta, quamqve diu duratura erit Herostrate,

Famæ immortalitatem qui sibi comparaturus,

Mirum illud orbis terrarum Miraculum

Templum incendio delevit Ephesinum.

En!

En! præsto etiam sunt fulmina belli, terrores hostium,
(Fugite, ô fugite hinc timidi, quin impertenti fugite!)

En illi, uno, mirum! afflatu dirisque execrationibus
Totos sternunt prosternuntque exercitus.

Audite quæso, & audietis, alterum sibi voventem:

Ut omni fulminum genere ictus pereat,

Alerum audietis exclamantem;

Ubi, ubi sunt? cur cessant?

Mille; ô mille cacodæmonum myriades,
Qui animam raperent, tunderent, prosternerent, exstinguere.

Certe adest, si credere fas est, Mars ipse,

Ipse Mars (ô terror panicus!) tremendo ruens cælo tumultu.

Neque tamen non gloria hæc Martialis

Nihili est, pili est, hili est, nauci est, flocci est,

Majorem audite, longeq; terribiliorem.

Mars ipse cælo se demittens, in veneris gremium

Vix cum se demisit,

Suam viri in femellam, auctoritatem

Ostenturus, imbellem hanc turbam

Non verbis, non minis castigat,

Conculcat sed ipsam ipsis pedibus, strangulat,

En gloriam gloriæ herculeæ herculeam!

Qvid quod! herculeæ manus in ollas ipsas, ipsas in patinas

Savire haut verentur quæquam,

Haut verentur quæquam gladio stricto scintillanteque

In lapides grassando, ex his Vulcanum elicere ipsum.

Palmam certe præ aliis mereri palmarium est;

Eos, qui in campum martium alios

Provocando, digladiando, trucidando

Famam acquirunt æternam, scilicet!

En temeritatis gloria! en laus audaciæ!

At vero herbam his porrigite, porrigite palmam.

Strenuos qui se esse potando, ingurgitandoque heroas,

Heroas, pocula ingentia exhauriendo strenuos

Non sine immortalis gloriæ gloriantur.

Nec tamen herba porrigenda, ipsi sibi eam porrigunt,

Qui, nescio quam, gloriam esse arbitrantur,

Jocos obscenos aliæque scurrilia tractando,

Vitia sua, fraudes, dolos prædicando,

Veneris exercitas flammæ commendando.

Hercu-

Herculeos sustinuisse labores, nil est
Otio indulgentibus, diffluentibus desidia;
Quippe dum vitam præoptant dulcem, suavem,
Sibi vixisse laudi ducunt maximæ
Vaciam illum suspicientes, admirantes,

Addita inscriptione:

HIC SITUS EST VACIA.

Alius in proximum benignior, laudandus?

Recte, si non gloria, sed natura ductus, benignus est,

h. e. ab ostentatione magis, quam à voluntate

Proficiscentem exercens liberalitatem,

Vanitati propior est, quam honestati.

Sed apage, ò fordide benefice! Magnificus adest.

O pueri, ò mulierculæ, ò servi servorumque simillimi

Confluite quæso, agmineque facto accurrite,

Spectaturi, quanta gloria maneat prodigum,

Munerum splendore ingentium plebem delinientem,

Ingentes pecunias in res ludicras profundentem,

è domo splendida amplaque dignitatem totam quarentem!

At dices, plenum curis, laboribus sumptibusque opus est,

Adeo anxie quæsisse gloriam,

Compendiarium magis viam ad hanc, judicabis:

Vivere in diem, & quid de te quisque sentiat negligere.

At vero, illicet! omnium stolidissime.

Veram veræ gloriæ parandæ viam

Monstrabit

Morgensternius noster.

Civis Musarum nostrarum dignissimus

In eleganti, quam Marte ipse suo laboravit

Oratione Valedictoria.

Tu, Lector benevole,

Advola, quæso, advola rem auditorus, facturus

Tibi jucundissimam

Nobis acceptissimam.



78 M 437



TA → OL


kein Rest.

nur 5A, Steu Verknüpfung bisher



1077





Modum viamque
Gloriæ famæque acqvirendæ
commonstrabit

VIRI NOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI ATQVE EXPE-
RIENTISSIMI DOMINI,

N. JOHANN. ERNESTI
MORGENSTERNII,

niqve Regis & Electoris
&c. &c. &c.

CHIATRI SENIORIS
meritisimi


NATISSIMUS
UGUSTUS MOR-
TERN,

qvem
asti 1707.

tinis finitis,
adum

us Mæcenates atqve
Fautores officiosissime ca-
manitate invitantur

STEINBRECHERO,
ore,



GÆ,
LACHAR. HEMPL.

